



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

XXXVI. Wedego von Wedel vergleicht sich mit dem Capitel zu Camin über  
die Zehnthebung aus seinen Gütern, am 21. Oktober 1346.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

XXXV. Markgraf Ludwig befreit die Stadt Callies auf 6 Jahre von der Urbede,  
am 23. Januar 1346.

Dominus libertavit civitatem kaliz de pensione ipsorum annua per sex annos continuos a festo beate walpurgis proxime venientis, sic quod pensio in munimenta ipsius civitatis evidencia convertatur. Testes Burggravius, Swartzburg junior, mütner, wolfsteiner, wydenberg cum ceteris. Datum Tankowe, anno XL<sup>o</sup>. VI<sup>o</sup>. feria II<sup>a</sup> post vincentii.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. C. 4 in quarto).

XXXVI. Wedego von Wedel vergleicht sich mit dem Capitel zu Camin über die Zehnthhebung aus seinen Gütern, am 21. Oktober 1346.

Coram uniuersis Cristi fidelibus presentes literas percepturis Ego Wedego de Wedel, miles, recognosco lucide in hiis scriptis, Quod super disencionibus et controuerfiis inter honorabiles dominos Bernhardum, prepositum, Johannem, Decanum, totumque Capitulum ecclesie Caminensis ex vna ac me et subditos meos ex alia dudum habitis atque motis super decima, quam de villis infra scriptis ecclesie prefate singulis annis soluere tenebamur, concordauimus et placitauimus in hunc modum, Quod ego meique legitimi heredes vel succēssores de quolibet manso villarum subscriptarum, videlicet in villa Helmigeshagen de triginta mansis, In villa Runow de triginta mansis sitis in ducatu Stetinensi, In villa Swerin de quadraginta mansis, Et in villa Czillickesdorp Fredericus Crummel, filius Frederici ejusdem cognominis, de sexaginta mansis, tres solidos monete currentis soluere tenebimur et debemus, De quibus tribus solidis decem et octo denarios ejusdem monete prefatis dominis Canonicis ecclesie Caminensis, qui pro tempore fuerint, singulis annis in festo Thome apostoli pro decima soluere debebimus indilate, residuos decem et octo denarios secundum ratam mansorum meorum predictorum et dictus Fredericus Crummel secundum ratam suorum mansorum a Domino Bernardo, preposito, nomine Capituli suscepimus in verum feudum et legale temporibus perpetuis feliciter possidendos. In horum evidens testimonium meum et dicti Frederici sigilla presentibus sunt appensa. Datum et actum Cammin, anno domini millesimo tricentesimo quadragesimo sexto, In die vndecim milium virginum martirum beatorum.

Nach dem Caminischen Copialbuche des Pommerischen Provinzial-Archives.